

ANNO DOMINI DCX.

**BULGARANUS COMES.****NOTITIA HISTORICA IN BULGARANUM.**

(Antonii Bibl. Hisp. vet., t. I, p. 368, n. 218.)

Bulgaranus comes sub Gundemaro rege (biennium hic Gothis, usque ad annum 612 imperavit) Gallie Narbonensis praefectus, plures epistolas ad diversos direxit, quarum ad nostram usque aetatem adhuc ineditarum in quodam Ovetensis Ecclesiae Codice membranaceo ante quingentos annos jussu Pelagii episcopi ad usum Alphonsi Castellae ac legionis regis VI exarato; atque in alio Codice Complutensis sancti Ildephonsi collegii, Ovetensi isto antiquiore, servatae sunt. Quibus quidem epistolis, quarum una ad regem, duae ad episcopum quemdam nomine *Illustrem* (a), aliae ad

alios scriptae leguntur (Bulgarani epistolarum *ἑπτὰ* apud nos habemus, ex Codice Ovetensi exscriptarum: quarum prima est ad episcopum quemdam Franciae; secunda ad eundem, tertia ad episcopum nescio quem quarta et quinta ad Agapium episcopum; sexta, ad Gundemarum regem. Quas omnes, simul cum aliis diversorum, quas inter *ἀνέκδοτα* servamus, publici juris aliquando faciemus. Card. de AGUIR. (b). Nonnulla illius temporis gesta, nec aliunde nota, manifestari, Ambrosius Morales, rei auctor, et oculatus testis, lib. XII, cap. 11 Historiae suae, nos docuit saporis *inlustrem* sive *ilustrem* valet, ut saepius periculo facto didici.

(a) *Illustrem* hunc Franciae, seu potius Austrasiae episcopum vocavit Moralius quasi id proprium ejus nomen fuisset, deceptus, uti ego existimo, vulgari compendio III. quod in Complutensi (nunc Escorialensi [*Diagramm. et Plut. I. num. 14*]) codice viderat: cum id in veteribus codicibus ante annum Christi M. exaratis, indicando *Incerti*, quod ignoramus aut reticere volumus nomini adhibeatur: quemadmodum apud Graecos *δσις* et *δσινα*, apud Hebraeos *פלנטי* *pelonti*, et contractus *ploni*, unde Hispanicum *phulano*, eodem prorsus *Incerti*, aut Innominati significatu. Latini id per *quidam* exprimunt. Recentiores Codices ejus loci substituunt N. Aliud dicendum de compendio INL et maxime cum decessata L hoc modo INL: Quod in codicibus Gothicis aut Gothicis

(b) Exstat in regiae Bibliothecae Matritensis Codice non *ἑπτὰς* modo sed *ἑξήμισ* Bulgarani epistolarum, si binis quas cardinalis Aguirri s habuit ad Agapium, aliam ad eundem directam adjungimus, quae in codice nostro, atque item in Escorialensi *Lit. B. Plut. III. n. 14*, ordine septima est. Aguirrius fidem de iis edendis videtur, non liberasse. Ternas priores ad *Incertum Franciae* sive *Austrasiae episcopum* quia nonnihil ad Hispaniae historiam conferunt, primus omnium evulgavit cl. novissimae editionis Valentinae Joannis Mariana Historiae Hispanicae curator D. Vincentius Noguerra et Ramon alibi a vobis laudatus, vol. II quod anno 17. 5 prodiit, a pag. 548.

**BULGARANI COMITIS  
EPISTOLÆ TRES\*,**

AD EPISCOPUM FRANCIAE DIRECTÆ.

(Mariana, Historia de Espana, ed. Val., t. III, append.)

## EPISTOLA I.

... Interea notescimus sanctitati vestrae ad nos opinione vulgata pervenisse Brunigildem virginem et Theudericum regem amarissima sub dispositione assueta diffundentes venena, in excidium unitae gentis contra gloriosum Theutibertum regem atrocissimum barbarorum excitasse dimicare regem. Quod si specialiter ita res agitur, quid necesse est, nisi ut ante arma bellica cunctus in hac parte precibus elaboret divinum populus implorando suffragium, unde petimus evidentiam rei nobis significari? Ut et nos participes effecti fidelium pari fidei flagrantia consurgentes, cum universis sacerdotibus, clero, cunctaque hujus provinciae Christianorum plebe, indictis

\* Sparsim mendosae, ut legenti patet. Epir.

Cletaniis redemptorem omnium Dominum supplicationibus adeamus; ut invictam potentiae suae in defensione catholicorum praetendat dexteram, et aemulantis perfidi hostis condignum meritis adsit intentionis interitum; atque jurgiorum auctores, vetusti serpentis machinatione nudatos in exemplum reserata clareat cunctis per circuitu justa nostri Domini ultione prostratos poscentes. Ut si scripta quae paulo ante glorioso Theutiberto regi directa, sicut polliciti estis, destinare procurastis: aut si missi vestri jam reversi sunt, vel quod reciperetis responsum, vel si usque hic placita deportantes, aut certe si ad praesentiam gloriosissimi domini mei Gundemari regis preparaturi advenerint, certius sciamus *quomodo* aut